

Sammelband von Diss



U. q. 79, 5

DISPV TATIONIS III. LIB.

III. INSTIT. THEMATA.

DE M V T V O
ET ANNEXIS QVI-
BVSDAM CONSE-
CTARIIS.

Hæc Præsidente

*Nobilissimo, Magnifico, Consul-
tissimo Viro,*

ARNOLDO DE REYGER
IVRIVM DOCTORE, ET IN ACA-
demia Salana florentissima Professore
pandect. publico,

*Exercitii caussa pro virili C. B. E. F. I.
defendenda proposuit*

MICHAEL OTTO
VIZEHUSIUS.

Cal. Februariis hora & loco
consueto.



IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO CIƆ IC XCV.

24



ILLVSTRISSIMI ET CEL-
SISSIMI PRINCIPIS AC DN. DN.
ERNESTI DUCIS BRUNSWICEN-
sium & Lunæburgensium,

VICARIO MAGNIFICO
*antique prosapia, generosa nobilitas,
tis splendore*

D. IOANNI HARTMANNO
AB EREA &

D. IOANNI VVITTEN I. V. D. EIVS DEM
P. Consiliariis longè dignissimis, spectatissimæ virtutis
ac fidei, perfectæ civilis sapientiæ, summa eruditæ
Eloquentiæ laude, auctoritate, longove usu
& rerum experientia amplissimis &c.
Patronis, promotoribus meis
omni observantiæ studio
colendis

Exile hoc:

Ori literarii monumentum
Debitæ observantiæ documentum
Grati animi testimonium
Officiale
Dico, mitto.

M. O. R.



Continuatio.

Obligationum ex contractu quatuor esse species *a*,
priori disputatione dictum: Inter quas quæ R. *b*
Contrahitur, veluti mutui datione, prior quum sit, po-
tius est, de ea primò agamus.

a §. 2. I. de obligat. obligationis verò literarum I. Cti nusquam
meminerunt Borch. ad d. §. 2. ubi vide rationem. *b* quod prater
consensum l. si ego 18. ff. de reb. cred. l. non omnis numeratio eod. res
quoq; requiratur l. i. §. conventionis 3. ibi sive re ff. de pact. l. 17. si
tibi in pr. eod. l. rogasti me ff. b. t.

THEMA I.



STAVTEM MVTVI DATIO
sive mutuum (à mutatione sic dictum
c) contractus *d*, iurisgentium *e*, no-
minatus *f*, stricti juris *g*, quo quan-
titas *h* ea lege datur, ut eadem in-
genere non in specie reddatur *i*.

a Cuiac. lib. 11. ob. c. 37. Diff. Dd. per l. 2.
§. 2. ff. de reb. cred. d. pr. I. quib. mod. re contrah. oblig. l. 2. §. mutui
de O. & A. d. l. 1. ff. de R. C. l. 1. §. 1. de O. & A. l. omnem obliga-
tionem 20. ff. de iudic. §. actionum l. de action. e §. sed ius quoq;
vers. ex hoc iure l. de iure Nat. & c. facit l. 5. ff. de iust. & iur. f
VVes. in par. de R. C. n. 9. g. d. §. actionum 28. VVesenb. d. loc. h
d. pr. I. quib. mod. re contrah. Cuiac. d. lo. i. d. iurib.

II.

Mutui datio duplex est: Vera vel quasi *a*. Vera
quæ ab initio numerata pecunia, domino *b* vel alio e-
ius nomine *c* transferente *d* in accipientem dominum
e, perficitur.

a a

al. certi

a l.certi condic^tio 9. §. f. l. 12. ff. de R.C. b d.l. 2. §. f. h. t.
l. nemo plus de R. I. l. mater. C. de rei vind. d. d.l. 2. §. creditum d.
l. certi condic^tio §. numeravi 3. ff. de R.C. l. f. de condic^t. caus. dat. e
d. loc.

III.

Hinc filiumf. servum, peculiares nummos dantes f
procuratorem g domini nomine, præsides provincia-
rum perpetuos h, de oppressione eorum modo non
appareat i fœnrebrem exercere k mutuumq; contra-
here posse l, minus dubitatur.

f d.l. 2. §. in mutui 4. de R.C. l. 1. §. 2. eod. g d. §. 4. h
l. præsidis 34. d. R.C. i l. venditiones ult. C. de his quæ vil. 3. §. 1.
ff. eod. k d. l. præsidis 1 d.l.

IV.

Quasi mutui datio est, quæ cum ab initio non esset
ex post facto inducitur, vel ab homine: aut priorem con-
tractum innovando: aut eventu pendentis interpositæ
conditionis.

V.

Illud sit ut: cum ex causa mandati pecuniam mihi
debeas, & convenerit, ut crediti nomine eam retineas,
videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta a.
Hoc: cum dem tibi nummos mutuos, ut si navis ex
Asia venerit, tui fiant, sisque mihi ex mutui contractu
obligatus, existente conditione mutui obligatio ab ini-
tio nulla, confirmatur b.

a l.singularia 15. inf. de R.C. quæ fictio in absentibus non ita
facile admittitur l. qui negocia 34. ff. mandati arg. l. 72. §. cum sis-
chum in f. ibi: non obtulisse cum propter absentiam intelligi po-
test. ff. de solution. b l. 7. & 8. ff. de R.C. l. sub conditione ff. de so-
lution. l. quædam ff. de R. dub.

VI.

Singulari quoq; iure receptum est, ut si debitorem
meum tibi pecuniam dare iussero, mihi obligaris, quam-
vis meos nummos non acceperis c.

c d.l. singularia.

VII.

Quinimò si nummos meos tuo nomine absente te
& igno-

& ignorante dederō, tibi acquiritur actio, cum cottidie creditur pēcuniam mutuam ab alio poscamus, ut nostro nomine futuro debitori numeret d.

d. l. certi condicō g. si nummos ff. de R. C.

VIII.

Vel à LEGe inducitur mutuum, quando is, qui pecunia non est dominus dat mihi rem vendendam, ut re vendita, pretio utar a.

a. d. l. rogasti in pr.

XI.

Sed etsi nummos alienos tibi dederim, eorumq; possessionem tuam fecerim, ita ut per longi temporis præscriptionem avocari tibi non possint, V s v c a p i o n b quod non erat mutuum conciliatur b.

b. l. indebiti soluti I 5. g. sed etsi ff. de condicō. indeb.

X.

Hoc amplius si à pupillo c, furioso d, prodigo e, servo fugitivo f, pecunia quasi mutua data fuerit Consumptione bona fide facta confirmari mutuum utilitatis caussa receptum legimus g.

c. d. l. non omnis l. si pupillus ff. de R. C. d. l. 12. si à furioso d. t. l. 24. ff. de O. & A. e. l. certi condicō g. sed etsi de R. C. l. 6. de V.O. f. d. l. rogasti. g. 2. g. d. ll.

XI.

Cæterum prodigo h, cui bonis à magistratu interdictum i, pupillo absque tutorē auctore, nisi in quantum est factus locupletior k, filiof. contra SC̄tum Macedon. l exceptis casibus quibusdam m mutuum non rectè datur.

h. l. is cui ubi Cuiac. de V.O. Borch. in tract. de part. c. 3. n. 11. i. l. 55. ff. de admmistr. & peric. tut Duaren. & Cuiac. in l. 6. & 8. pro emtor. Dissent. Donell. in l. 6. de V.O. Accurs. in l. 18. qui testam. fac. poss. k. l. 13. & 14. de condicō. indeb. Idg. Divi Pit̄ constitutio ne est factum l. 3. commod. l. 3. g. 4. de negoc. gest. Cuiac. ad l. 127. de V.O. & lib. 7. obs. 4. Borch. in d. l. 127. de V.O. Diss. Corras. 6. Misc. 22. Rob. 2. recepr. lect. 17. l. 1. 3. si quis g. pen. ff. ad SC̄tum Maced. m. Vult. in Iurispr. Rom. c. 31. n. 20. per tot.

A 3

Con-

XII.

Consistit autem mutum in quantitate *n* seu pecunia numerata *o*, hoc est rebus pondere, numero, mensurave constantibus, quod in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis quam specie *p*.

i n Cuiac. d. lo. *o* Pompon. in l. 30. talis de legat. *i*. Alias autem latius sumitur in l. 4. 5. l. 178. de V.S. *p* d.l. 2. *g*. *i*. de R.C.

XIII.

Panes ergo, pisces, candelæ, carnes in pondus data, in contractum hunc recte venire contra quosdam q defendemus *r*.

d Accurs. in d. l. 2. *g*. *i*. de R.C. Bart. ibid. quibus quodammodo ad stipulatur V.V. et d. t. n. II. *r* cum Cuiac. d. loc. & Zas. d. *g*. *i*. num. 38.

XIV.

Et cum ex mutuo qui debet, genus quod nunquam perire potest, cum sit aliquid intellectuale, & passionem non recipiat, debet *s*, ideo non modo periculum ad eum pertinebit, sed ne quidem casus fortuitus ære alieno illum exuet *a*.

f Gothofr. ad l. 2. t. incendium C. de condit. indeb. a d. *g*. incendium.

XV.

Sunt ergo eiusdem generis & bonitatis res aliæ quam datæ sunt *b* restituendæ: aliquando etiam earum æfiliatio peti solet *c*.

b d. l. 2. in pr. & l. 3. ff. de R.C. Cuiac. d. lo. *c* l. si domus 7^o *g*. qui confitetur de legat. *i*. Novell. de fideiuss. 4. *c*. quod autem 3^o Borch. ad c. un. quæ sunt regalia n. 36.

XVI.

In quarum estimatione accepti iudicii tempus speandum venit *d*.

d d. l. vinum l. in hac actione l. si merx. de condit. tritic.

XVII.

Nisi si debitor ante litem contestatam faciat moram ex qua deterior res facta sit: In tali enim casu utro tempore res pluris fuit, condemnabitur *e*.

e d. l. in

e d.l.in hac actione Cuiac.tr.8.ad Afric. & ad l.59. de V.O.
Diff.Dd.diversimode.

XVIII.

Ex mutuo nascitur actio quæ CERTI CONDI-
CTIO appellatur f.

f pr. l. quib.mod re contrah. oblig. d.l. certi conditio, l. si quis
certum 24. d.l. 9 §. quoniam & §. 5 ff. de R. C.

XIX.

Competit autem hæc actio ei, qui pecuniam nu-
meravit adversus eum, qui accepit g

g d.pr.l.quib.mod.re contrah. obl.

XX.

Postremo queritur, quod si debitor solvendo non
fuerit, quis creditorum præferatur? Et quidem mulier
ratione dotis omnibus præfertur, etiam expressam anti-
quiorem habentibus a, etiam fisco posteriori b.

a Myns.4. obf. 23. b l. 2. C. de privil. fis.

XXI.

Deinde locum habent ex privilegio tacitæ hypo-
thecæ, qui in ædium refectionem c, & rei comparati-
onem crediderunt, modò hi sibi expresse de hypothec-
ca caverint d.

c l. 1. in quib. caus. pig. l. 25. de R.C. d l. licet C. eod. l. quam-
vii 17. C. de pign.

XXII.

Hos sequuntur qui hypothecam ex tabulis publicis
vindicant, eum iis qui privatis idemque nituntur sunt po-
tiores e.

e l. pen. C. qui potior in pign.

XXIII.

Tandem qui sequentium tempore est prior, iure est
potior f.

f l. 2. l. 4. C. d. t.

XXIV.

Quæ diximus, in promutuo ferè locum habent ut a,
quod pupillus, furiosus, prodigus b, vel quilibet aliis
indebitum c errore d solvevit conditione indebiti e id-
ipsum,

ipsum, vel tantundem f. repetere possit. Exceptis causa-
sis, quibus ex his inficiando crescit, & nonnullis aliis qui-
busdam casibus g.

a §.is quoq; l.h.t. §.6. I.de obl. que ex q. contr l.5. §.3. ff.
de O. & A. b l.interdum 29. ff. de cond.ind. c l.si pœnæ 19. §.
f.l.54.d.t. d l.1.l.26. §.2.l.50. d.t.l.53. cuius per errorem de
R.I. e dd.ll. f l.7.l.65. §.5. & 6. ff. d.t. g §.f.l. de O. que ex
q. contr. l.28. l.32. §.2.l.42. d.t.l.46. d.R.I. Cui. 8. ob/. 39.

COROLLARIA.

I.

Creditorem quamvis non tantæ quantitatis sive æsti-
mationis pignus acceperit, nihilominus integrum
summam quam dedit repetere posse affirmamus.

l.28. ff. de R.C.Duar. c.5. eod.t.idem lib. I. Disput. anni. c.6.

II.

Debitorem, qui non est solvendo cessis bonis quam-
vis incarcерari non possit, civiliter tamen obligatum ma-
nere asserimus.

l.1.C. qui bon. ced. poss. l. nemo C. de exact. Hotem. in illustrib.
quest q. 24 Gail. 1. ob/. 26. n. 1. Covar. variar. resol. 1. n. 4.

III.

Id quod Macedoniani SCti exceptione tutus erro-
re facti solverit, repeti posse negamus.

Vid. Robert. lib. I. sent. c. 8.

IV.

Errorem iuris repetitioni locum facere haud puta-
mus.

l.error. 9. C.ad l. Falcid.l. 10. C.de iur. & fact. ignor. l. 9. in
pr. & l. 8. eff. eod. Ivan. Robert. 2. recept. c. 27.

V.

Filiūf. SCto Maceđ. renunciare non posse ex com-
muni Dd. opinione defendemus. Accurs. in l. 11 ff. ad SCtm
Maced. & in l.f. C. co.

VI.

Eum qui mutuum dat, supra sortem usurarum, pensio-
nis nomine iure communi aliquid stipulari posse, verum
asserimus.

F I N I S.

99 A 6904



TA → DL



Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

DISPV TATIONIS III. LIB.
III. INSTIT. THEMATA.

D E M V T V O
ET ANNEXIS QVI-
BVSDAM CONSE-
CTARIIS.

Hac Præsidente

Nobilissimo, Magnifico, Consul-
tissimo Viro,

ARNOLDO D E R E Y G E R
IVRIVM DOCTORE, ET IN ACA-
demia Salana florentissima Professore
pande&t. publico,

Exercitii caussa pro virili C. B. E. F. I.
defendenda proposuit

M I C H A E L O T T O
V I Z E H U S I U S.

Cal. Februariis hora & loco
consueto.



I E N A E
TYPIS TOBIAE STEINMANNI.
ANNO C I O I O XCV.

